



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Senes.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

vel in saeculo in timore Dei semper confortatus.
Vir amabilis ad societatem magis amicus erit,
quam frater. Prov. 18. Beatus vir , qui non
abiit in consilio impiorum , & in via peccatorum
non stetit, & in cathedra pestilentia non sedet (ab-
ductus erroneis principiis , sive in fide , sive in
moribus) sed in lege Domini voluntas ejus , & in
lege ejus meditabitur die ac nocte : & erit tan-
quam lignum , quod plantatum est secus decursus
aquarum , quod fructum suum dabit in tempore
suo , & folium ejus non defluet , & omnia , quacun-
que faciet , prosperabuntur. Non sic insipi , non
sic ; sed tanquam pulvis , quem projicit ventus à
facie terre. P. i. Hoc in gratiam virorum
fusiūs adducitur , qui genuinum virile pectus
habent , nec lenociniis nec adversis enervan-
dum. Melior est iniquitas viri , quam mulier
benefaciens. Eccl. 42. i. e. Magis tibi proderit ,
vel minus nocebit injusta vexatio per virum il-
lata , quam blanditiæ mulieris ignem concipi-
scentiæ in te succendentis. Sic enim (ut in
contextu sequitur) confundet in opprobrium ,
præcipitans in pudendam infamiam fornicatio-
nis & adulterii. Mulier enim , ut est in prover-
bio , cui benefacit , ei se prostituit.

Senes.

Non spernes hominem in senectute sua : quo-
niā ex nobis senescunt. Eccl. 8. Non te
pretereat narratio seniorum , ipsi enim didicerūne
a patribus suis. Ab ipsis disces intellectum , &
in

118 Pars secunda de elevatione
in tempore necessitatis dare responsum. Ibid. Tres
species odivit anima mea : pauperem superbum,
Et divitem mendacem, Et senem fatuum, Et in-
sensatum. Eccl. 25. Egressu est iniquitas de Ba-
bylone à senioribus iudicibus. Dan. 13. Exaltent
eum in Ecclesia plebis, Et in cathedra Seniorum
laudent eum. Ps. 106. Senes, ut sobrii sint pu-
dici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in pa-
tientia. Tit. c. 2. Ne projicias me in tempore se-
nectutis, cum defecerit virtus mea, ne derelin-
quas me. Ps. 70. Tunc enim ob deficientes vi-
res mentis tuo auxilio indigebo. Senectus ven-
rabilis non diurna, neque annorum numero
computata. Aetas senectutis vita immaculata.
Sap. 7. Habent senes insigne exemplar in Ele-
zaro Nonagenario l. 2. Machab. c. 6. quod to-
tum meretur legi.

§. 3tius.

Boni, Mali, Hostes, Consanguinei, Et diverse
fortunæ.

Boni.

Beati immaculati in via, qui ambulant in le-
ge Domini. Beati, qui scrutantur testimo-
nia ejus, in toto corde exquirunt eum. Ps. 118.
Hac est generatio querentium eum, querentium
faciem Dei Jacob. Ps. 23. Filii Sanctorum su-
mus, Et vitam illam expectamus, quam Deus
daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant
ab eo. Tob. 2. Iustus ut palma florebit, sicut
cedrus Libani multiplicabitur. Ps. 91. fili